

Y<sup>ö</sup>  
4416



*h.*

*M*  
*N*  
*...*



h. 113, 2.

De Amore patriæ.

II. 41. 40. 1

Ad Orationem.



DE LAVDIBVS

C I Z A E,

Ducalis atque Episcopalis Sedis, Ciuitatis inclytæ & vetustæ,

In Schola Cizensium Episcopali Die XVI.

Aug. hora II. postmeridiana

audiendam.


Patres conscriptos, & Ciues eruditos singulos, & quibuscunque commodum est audire,

obseruanter & amice inuitat

M. CHRISTOPHORVS CELLARIVS,  
Rector.

---

C I Z A E,  
Typis FRIDEMANNI HETSTEDI.



39



I quid vnquam fuit, quod homines alliciat, inque sui aduocet amorem atque desiderium; id, vt dulcissima voce exprimam, PATRIA est, Patria, inquam, quæ communis omnium parens est atque altrix. Quotiescunque enim PATRIA in mentem venit, hæc omnia occurrunt, colles, campi, fluuius, & adsueta oculis regio, & hoc cœlum, sub quo quisque vel natus, vel educatus, aut artibus honestis bene fictus formatusq; fuit. Quæ singula eiusmodi sunt, vt nos moueant caritate sua, & si forte discedendum est, desiderio macerent: semper ad omnem pietatis affectum quemlibet ibidem natorum inducant. Etsi enim patria est, vbicunque vir bonus sedem elegerit; nec inscite olim Socrates interroganti, cuias esset, respondit, κοσμοπολίτην esse, seu Mundanum ciuem, quod magnus & erectus animus non includi se patitur istis ab opinione terminis: tamen natale solum & locus, cui innutriti sumus, atque adolescentiam in eo transegimus, habet aliquid ἐλκυστικόν, & ad sui amorem atque fauorem non leui persuasione allicit, sed quodam quasi impetu rapit atque detinet. Et licet vilis quandoque atque contemptus ille locus sit, tamen, qui amantium dulcis error est, vel ornatissimis vrbibus, & campis amœnissimis iure quasi suo præferri solet, adeo, vt Vlysses ad Ithacæ suæ saxa ita properarit, quemadmodum Agamemnon ad Mycenarum nobiles muros. Nemo enim patriam, quia magna est, amat, sed quia sua. Quid? quod amore patriæ superari ipsam parentum φιλοσοφίαν, Pausaniæ Lacedæmonii mater docuit,

cuit, quæ, quod contra rempublicam filius fecerat, <sup>gravidis</sup>  
iam natu lapidem attulit ad filium claudendum in facello,  
quo proditionis reus confugerat. Quid vero ex hominum  
censu atque numero adducimus, qui fidem rei per se cla-  
rissimæ faciant? cum ipsis brutis animantibus locus, quo  
innata sunt, semper dulcior ceteris atque amabilior appa-  
reat, & feræ eos potissimum montes atque saltus ament,  
quos prima consuetudine sibi familiariores reddiderunt.  
Mirandum & prope supra fidem exemplum est, quod Pro-  
copius Cæsariensis, scriptor minime fabulosus, lib. II. de  
Bello Persico cap. 12. editionis Parisiensis nuper Regiis au-  
spiciis adornatæ (nam Leunclauiana vetus heic & alibi la-  
cunas pæne multas habet) de *Abgaro*, Edeffenorum regulo,  
qui a CHRISTO Seruatore literas seu responsoriam episto-  
lam, vt credula fuit antiquitas, accepisse dicitur, multis  
verbis protulit. Hunc ait fœderis cum Augusto Cæsare  
icendi causa Romam profectum, propter eximiam sapien-  
tiam detentum esse, nec spem apparuisse reuertendi vl-  
lam. Quodam vero tempore ad venationem progressum,  
cum feris viuis diuersorum saltuum, ex quolibet capturæ  
loco glebas terræ Romam apportasse: singulis glebis sepa-  
ratim in Circo dispositis, dimisisse bestias: *Τὰ ἢ Ἰμερία χῶρας*  
*αἰδηλῶν ἄρομῶνα ἐς ἐκεῖναι ἐχώρετ' τὴν γῆν, ἢ δὴ ἐν τῆς χῶρας, ὅθεν εἰ-*  
*ληπτο, ἐτύχαιεν ἴσα, quamlibet feram ad terram accurrisse, que ex lo-*  
*co, quo illa capta, desumpta fuerat.* Augusto hæc miranti dixit-  
se *Abgarum*, *ἐμὲ ἢ τίνα ποτε γνώμῳ ἔχον, ὃ δέωσθα, οἶδ', me vero*  
*quo animo esse putas, o Domine, erga patriam meam, cum sic bestie af-*  
*fectæ sint, quæque erga suam?* Quibus auditis, potestatem red-  
eundi *Abgaro*, donis ingentibus ornato, Augustum fe-  
cisse. Fabulæ, an historiæ hæc similia sint, non habeo  
dicere: neque tamen negare aut explodere ausit facile,  
quicumque vim insitam amoris patrii perspectam cogni-  
tamque habuit. Quo minus vitio vertendum iis est, qui  
dies

dies noctesque in exornanda deprædicandaque patria  
sua infumunt, siquidem hoc officium cuiusque ciuis est,  
bene de patria sentire, bene loqui, fortiter etiam pro ea-  
dem pugnare. Nam, quæ Platonis vox est (epist. IX.)  
*τὸ μὲν τῆς ἡμῶν ἢ πατρὸς μερίζεται*, nostri partem patria sibi vindicat,  
eamque in suum vsum atque ornamentum impendi, ar-  
denter desiderat. Hoc sibi etiam cum primis conuenire  
existimauit

## BARTHOLOMÆVS Leupold/

*Weida Variscus,*

qui, quamuis alio innatus solo, per septennii consuetudi-  
nem, quo Cizæ bonis artibus operam dedit, ita pius gra-  
tusque factus est in ciuitatem hanc, altricem suam atque  
studiorum magistram, vt alteram suam patriam dicere,  
eiusdemque laudibus cum gratissimo quoque ciuium,  
decertare sancte sibi proposuerit. Discessurus itaque ex  
Schola nostra in Academiam, (neque enim indignus vi-  
sus est, qui publice dimittatur) tanquam gratus alumnus  
& memor beneficiorum, de laudibus CIZAE nostræ  
verba vltima crastino die post meridiem facere instituit,  
ad quæ benigne & beneuole audienda omnes & singu-  
los, quibus patria hæc cara atque iucunda est, obseruan-  
tissime atque officiosissime inuitamus. PP. XV. Au-  
gusti M DC LXXIIX.



W. J. e 4410

W. J.

M. C.

L  
ft,  
a-  
)  
at,  
r-  
re  
  
li-  
a-  
ue  
re,  
L  
ex  
vi-  
us  
rae  
it,  
u-  
n-  
u-  
a  
a  
a  
a  
is  
ib  
un  
is  
  
M. C

ULB Halle 3  
002 705 419  








h. 110, 2.

**C**

Ducalis atq

*In Schola C*

Patres con  
singulos,

**M. CHRIS**

DI

**E,**

Ciuita-

*ie XVI.*

ruditos  
dum

**RIVS,**

BIBLIOTHECA  
PONTIFICIA

*Car*

39

II. 41. 40!  
Ye  
4416

